Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# De vita Francisci Xaverii, qui primus e Societate Jesu in Indiam & Japoniam Evangelium invexit - Cod. Ettenheim-Münster 188

Torsellini, Orazio

[S.l.], nach 1607

Caput V.

urn:nbn:de:bsz:31-115990

Visual Library

Antonij Criminalis martyrium.

ac mulieres, quorum imbecillitas propior periculo erat, in tutum recipere festinant. Ita dum alios à Barbarorum crudelitate vindicant, ipse interea in hostium incursus à navibus, in praedatores incidit. Tum ille Dei amore ardens, atque magis quàm huius vitae memor, positis humi genibus, tottusque oculis in caelum, incredibili fortitudine offert se neci. Neque barbarorum saevitia ejus virtuti defuit. Tribus hastis confossus, mortem oubuit. Fertur cum graviter vulneratus spoliaretur, ipse in veste detrahenda praedones illos ultro juvisse, ne vestis tenacior esset quàm vitae. Hic nuncius variè, quod necesse fuit, animum affecit Xaverij. Nam & tali se adjutore privatum doluit, et tanto eiusdem bono, velut paris devotis sibi quoque destinati pignore, mirè laetatus est. Itaque lacrymis simul & laudibus debitis tum memorabilem sancti viri mortem prosecutus, sperare coepit agrum illum, martyris rigatum sanguine, uberiores in dies fructus editurum. Nec Xaverij spem rei deinde fefellit eventus. Ex eo tempore nusquam laetiores extiterunt, quàm in ora Comorinensi, Evangelij fruges; adeò multiplex subinde soboles exstitit neophytorum, non facilitate magis, quàm pietate praestantium.

## Rei Christianae cursu Cangoximae impedito, Firandi & Amangucij Evangelium praedicat. Cap. V.

Dispar in simili cursu Cangoximae civitatis Firandique conditio fuit. Cum enim is, martyrij gaudens, auctoritatem obtinuisset Bonzius, iamque

laeta

læta neophytorum seges niteret, subito procella
à Bonzijs concitata, rei Christianæ ingentem intu-
lit calamitatem, quæ Xaverio gravior omni martyrio
accidit. Multi jam, cælesti Numinis instinctu, Chri-
stiana susceperant sacra: plures ad Christi religio-
nem perspecta veritas pelliciebat: cum Evangelij
cursum, id quod tanto antè Franciscus providerat,
Bonzij avertêrunt. Nam Christianâ religione in- — Bonzij cursum Euangelij avertunt.
ductâ, cujus incrementum eos fefellerat, Deorum religi-
onem, suamque autoritatem, ad ludibrium recidis-
se intuentes, enimvero flagrare ira, odio, furore
cœperunt. Ergo non magis dolore, quàm diabolo
stimulante ad Regem frequentes veniunt, gravi-
ter sanè severèque illi denuntiantes. Videret de- "
nuò atque etiam quid ageret; dum integra res "
esset, suæ communique prospiceret saluti. Si "
suos populares peregrinas religiones suscipere "
pateretur, profectò Deos patrios passim ludi- "
brio futuros: quibus iratis, cui dubium esse, quin "
Cangoxima, Regnumque ejus universum brevi evertendum "
foret. An verò non videret Christianam "
religionem Japonicæ penitus adversari, tantumque de "
illa demi quotidie, quantum Christianæ accederet? "
An ignoraret acerbissimum patrijs Dijs inurere "
dolorem, quicunque patria sacra postferret pere- "
grinis? utique leviorem culpam esse peccantis po- "
puli, quàm Regis in peccato aliorum conniventis, "
cælestorumque iram fieri acriorem. Japonicæ gentis "
ipsæ religionis conditores haud dubiè, pro tantâ "
contumeliâ, debitas de Cangoximanis expetituros "
pœnas, et paucorum impietatem Regi regnoque exi- "
tiosam futuram. Quare si quis ei patriam cæremoniarum
ri-(?)

si quis Deorum respectus memoriaeve esset, eorum "
vel gratiam spectaret, vel formidaret iram. Hac "
Bonziorum oratione ille perterritus, & simul com-
mercij Lusitanorum spe frustratus, protinus cum
vinculorum mortisque minis edixit, atque interdixit,
ut omnes patriam retineant religionem; neu quis-
quam in posterum Christianis mysterijs initietur.
At Xaverius, meliora quotidie sperans, cum
summa cura excolebat neophytos: quod ab ea
re otij erat, ex consuetudine sua tribuebat Deo,
quocum magis, quam cum hominibus versabatur,
divinum colloquium non tantum virtutis
horlamentum, sed laboris etiam solatium ratus.
Itaque gravissima famis & frigoris incommoda
aliasque maximas difficultates, homo peregrinus,
in barbara & infesta civitate, mira aequitate
animi pertulit. Caeterum anno in hisce laboribus
& aerumnis circumacto, cum penitus obseptum E-
vangelio iter Cangoximae cerneret, demigrare sta-
tuit alio. Neophytis ergo valere iussis, Paulo
eorum tutelae relicto: ipse, Cosmo Turriano et
Regnum Fi- Joanne Fernando comitantibus nova erectus spe,
guenum in Figuenum regnum, quo iter Lusitani averte-
rant, petere intendit. Incredibile dictu est, novi
Christiani in Francisci digressu quantum profu-
derint lacrymarum; quippe illum cum alijs no-
minibus, tum vero ob egregiam eius sanctitatem,
eximiè carum habebant omnes. Quocirca fletes,
cámque magistrum, ducem, patrem consuetis ap-
pellantes vocibus, pro se quisque immortales ab-
eunti egere gratias, quod eis tanto suo labore aeter-
nae salutis monstrasset viam. Erant Neophyti
facilè octingenti, tum bene instituti, ut Paulo ma-
gistro intra paucos menses orbati, septem ipsos
annos

annos, sine ullo duce, omnes, ad unum in Christi fi-
de permanserint, quoad aliquot è Societate JESV
eò missi venere. Figuemi regnum est in eadem Japo-
niæ insula, quam Ximum appellari docuimus. Ad
huius Regni oppidum (Firando nomen est) millia
passuum à Cangoxima circiter CC progres-
sus Xaverius benignè à Lusitanis, & eorum suasu
etiam ab Rege excipitur: apud quem dierum ali-
quot diversatus, oppidanorum facilè centum ad
Christi fidem cultumque traduxit. Et quanquam
eum operæ apud Lusitanos et Firandenses posi-
tæ haudquaquam pœnitebat (plures quippe
Firandi paucis diebus quàm Cangoxima multis
mensibus, ad Christi adjunxerat gregem) tamen
majora mente complexus, Cosmo Turriano neo-
phytos committit; ipse cum Joanne Fernando in
Japonem insulam trajicit, Meacum petiturus. Verùm
edoctus à locorum peritis, Amanguium oppidum satis
celebre in via esse; confestim eò, Amanguiani Re-
gis animum ac sensus tentandi explorandique gra-
tia, pergit. Oppidum est maritimum in præci-
pua illa Japoniæ parte, quam Japonem propriè
vocari diximus, Amanguium in primis amplum ac
nobile: quippe sedes Amanguiani Regis, qui opibus
præpotens, cum Meacensi Rege omnium maximo
de imperio dimicat. Id oppidum, gentis more, te-
ctis ligneis constat: familiarum millia amplectitur
circiter decem. Abesse dicitur à Firando millia
passuum fermè CCC. Huc igitur cum venisset Xa-
verius, reperit nobiles cives permultos, pluresque
è plebe, avidos cognoscendæ Christianæ religionis,
de qua multa rumore ac fama dudum acceperat.
Itaque in compitis ac triviis bis in die de scripto
(nondum

Firando oppidum

Amanguium oppidum.

(nondum enim linguam Japonicam probè norat.) Evangelium divulgare instituit, magnâ hominum frequentiâ concurrente. Caeterum sermonem de divinâ lege non aequè prosperè omnes excipiebant. Nam multi audiebant sanè libenter: plures contrà aspernabantur penitus: nonnulli etiam procacius irridebant. Quocirca per vias euntem deinde Xaverium velut insanum, magna puerorum ultimaeque sortis hominum turba prosequebantur illudentes, atque ea, quae audierant, Christianorum mysteria legesque nominatim per jocum ac ludibrium insultantes. Sed ille omnia, non tam contumelias quàm contumeliarum causas intuens, aequo laetoque ferebat animo. Ita plus ferendo quàm dicendo profecit. Namque auditorum prudentiores, cum minimè stultum esse intelligerent, egregiam eius ac tot probris, verborumque contumeliis, patientiam aequitatemque animi admirabantur; utique cum eundem audirent inde usque ab Europa per immensa Oceani spatia in Japoniam duntaxat novae religionis tradendae studio, trajecisse. Ad ultimum peregrini viri de studio ~~periculo~~ miraculo esse coepit, et multorum sermonibus ei fama celebrari utique. Ergo Dynastae plures, diligentius exploraturi quid tandem religionis ac legis advenisset orbe, eum domum suam accersebant, neque sponte poterant, si religionem quam ipse profiteretur, ipsi probassent, haud dubiè patrijs praelaturos. Sed nimirum id opus non est volentis neque currentis, sed miserentis Dei. Eam res aliter ab alijs à plerisque autem auribus magis quàm animis admissa. Post dies aliquot in conspectu et privatorum aedibus non sine fructu consumptos ad Regem, cuius accersitu, Xaverij

Xaverij velut insanus exagitatur.

A Dynastis domum accersitur.

venerit. Percontanti Regi, cuiasnam, et cur in Japoniam adventasset, respondet se natione Hispanum eo divinae legis praedicandae causa venisse de ipsorum salute sollicitum. Homines quippe salvos esse posse, qui non Deum huius Universitatis opificem ac IESUM unicum Dei filium omnium gentium Salvatorem agnoscerent, eiusque caelestem salutaremque legem impensius custodirent. Iussus ergo ab Rege prolatam eam legem explicare, morem illi gessit haud invitus, bonamque sui libri recitavit partem. Auditus est Regum civiliter attente, sane ac diligenter. Sed Rex Barbarus, audiendis rebus caelestibus quam gerendis aptior, audita neglexit. Xaverius inde ad concionandi munus reversus, ut paulatim consuetudo homines, quamvis feroces, mitigat mollitque; assiduioribus populi animus secundioribusque concionibus est usus. Complures iam egregia Christi facta cupide audiebant. Ubi vero ad acerbissimos eius cruciatus, indignissimamque necem ventum erat, lacrymis temperare non poterant: adeo etiam barbaris miseranda videbatur. Misericordia religioni aperuit viam, nonnullique Christo aggregari coepti. Verum Franciscus haud operae pretium ratus in ea urbe versari diutius, Meacum pergere decrevit, ea mente, ut a Meacensi Rege, qui propter imperii magnitudinem Magnus Rex dicitur, veniam divulgandi Evangelii peteret. Meacum quippe urbem totius Japonis longe clarissimam sciebat esse, ac Gymnasio maxime inclytam. De cuius magnitudine urbis, celebritate Collegiorum Coenobiorumque multitudine, in ipso itinere adeo multa cognorat, ut ei in animo fuerit recta contendere Meacum. Sed, Deo, Cangoximanis favente, Cangoximam, ut supra diximus, navis ap-uente, delata est, ubi spes Christianae rei bene gerendae diutius

Regi Euangelium praedicat.

Ethnici audiendo Christi cruciatus lacrymantur.

Magnus Rex Meacensis

diutius, quam fructuosius eum retinuerat. Mea-
cum igitur iturus, dedit se in viam duobus comiti-
bus, Joanne Fernando e Societate, et Bernardo
Japone neophyto, antiquæ probitatis viro, qui tum pro-
xime ad Christi fidem accesserat primus.

## Meacum magno labore contendit

## Cap. VI.

Meacus urbs media ferme insula sita est,
velut Japonis umbilicus. Distat ab Amanguscio
quod in primo insulæ aditu est positum, re-
cta quidem regione passuum millia non amplius
CL. Sed anfractus maximi æstuariorum ac
montium intercedunt. Eo iter intendit Xaverius
anno post Christum natum MDL. mense Octo-
bri, quo mense in Japone ingruit frigus. Erat
tum iter illud non modo saxis asperum, sed etiã
perpetuis obsitum nivibus, quas acri gelu vis
hyemis adstrinxerat. Quocirca passim in sylva
vis concretæ ex nive glacieque quasi trabes ex
arboribus pendebant, pestem atque exitium viato-
ribus minitantes. Accedebant bellorum, quibus tu
ta regio ardebat, haud levia pericula: crebra
etiam latrocinia, quibus itinera erant infesta.
Franciscus tamen omnium rerum, præterquam
divinæ providentiæ, salutisque animarum imme-
mor, iter adeo longinquum ac periculosissimum
alienissimo anni tempore suscepit. Cæterum ut
expeditum inter barbaros iter, sive ut certum
aliquem talis viæ ducem haberet, equiti indigenæ
Meacum petenti, famulum semper adjunxit, servi-
tutem quoque pro Christo sibi decoram ratus. Domi-
ni ergo equitantis sarcinulam, præter suum Mis-
sæ instrumentum, cursitans gestabat humero: Hory
quippe cursus magis quam itineris modo comita-
bat equum per obvia latronibus loca. Et Fran-
ciscus

Xaverij equiti famulum se adjungit